










E' una delle tre edizioni romane citate dall'
Audiffredi nel suo Cat. Rom. Ed. Saec. XV
(423) di questa famosa invettiva del Mantuano
contro Lorenzo de' Medici (1478 o 1479).
Sono tutte rarissime, talchè il Sassi
(Hist. Typ. Litt. Mediol. col. 158.8) ritenne
che quest' edizione non vedesse la luce –
Caratteri semigotici di Stefano Planck

J. M.

¶Oratio Cole Montani ad Lucenses.

MAgnum gaudium adnuncio vobis viri Lucenses Ro/
manus pontifex ⁊ Sicilie Rex amiciciam ⁊ societatem ve
stram petitum miserunt Judas machabeus cum populi Roma/
ni amiciciam ⁊ societatem per legatos petijsset leto senatu ⁊ popu
lo receptus est. Quanto vos Romanis estis inferiore quanto Si
cilie Rex ⁊ summus pontifex vel dignitate vel potentia vel opum
⁊ imperij magnitudine machabeo superiores. quanto hij vobis
quā ille Romanis viciniores. Tanto vos conuenit duorum mun/
di luminum societatem auidius complecti. Semper apud omnes
nationes ampla fuit Regum ⁊ pontificum auctoritas ⁊ reueren/
tia. Romani ex amicia ⁊ societate Machabei preter labores ⁊ im/
pensas nihil sperantes. sue tamen rei publice decoris existimaue/
runt si cū probo ⁊ religioso viro q̃uis quā imperij viribus exiguo soci
etatem coirent. vos cum duobus Jtalie atq̃ adeo mundi princi
nibus quorum fauore beatitudinem consequi vobis licet societa
tem inire dubitabitis. Sed heret forsitan aliquis vestrum q̃ a so
cietate cū Florentinis quondā inita discedi nō putat oportere. va
na est hec cogitatio viris Luceñ. Timor ⁊ necessitas non volun
tas nec beniuolentia societatem illam conciliauit. Jnter Florenti
nos enim spoliatores ⁊ Luceñ. ab eis spoliatos mutilatosq̃ suis
ornamentis ⁊ precipuis membris non alia potest beniuolentia quā
que inter lupos ⁊ agnos solet intercedere in hanc sententiam plu
ra non reor dici oportere ne frustra probare nitar quod vos vltro
profiteamini necesse est. ⁊ q̃ nemo ignorat qui de illorum tempo
rum rationibus aliquid intelligit. Jam nunc abijt causa societa/
tis timor. Cur non recedat. societas timoris effectus. nihil violen
tum durabile. minime autem violenta foedera que maxime om/
nium libero consensu conciliari oportet. Spurius posthumius ⁊
C. veturius duces exercitus Romani ad furcas caudinas a sam
nitibus fraude circumuenti pacem cum hostibus pepigere id foe
dus quoniam ab inuitis per necessitatem non libero arbitrio fa/



ctum constabat senatus damnabit. Senatus autem iudicium se
quentiuz preliorum fortuna probauit Samnitibus crebro fugatis ce
sisq ac demum inseruitutem redactis. Antiquum est et vulgare
prouerbium coactos per vim homines omni iure solutos et foede
ra non stare que sint facta metu sapientum voce predicatur. Ate
nim fugamus societatem cum Florentinis ab initio optima rati/
one conciliatam fuisse. Quid est aliud societatis foedus nisi cer
ta colligationis forma. qua omnes connexi equaliter tenentur. ea
videlicit ratione. vt quicunq societatis iura fregerit impune ac
sine perfidie culpa ab aliis fractam sibi fidem sentiat. Non obscu
rum est prouerbium. Fidem frangenti non seruandam esse fidem
Et qui perfido fidem prestat non fidelis in alium sed proditor in
seipsum iudicatur. Multi veteres gentilium. Iudeorum Christi/
anorum eos qui fidem violassent nullius rei aut facti compensa/
tione seruandos existimarunt. Sic Tullius Romanorum Rex
Metiom suffetium Albanorum dictatorem quod ille fidem non pla/
ne seruarat quiq socium et amicum quadrigis diripuit. Sic Pe/
trus Apostolus Ananiam cum vxore illius Saphira quod agri sui
precium donantes non totum plena fide ad Apostolorum pedes
retulerant verbis castigant occidit. Sic Dauid Rex trucidauit
Amalachitam. Quid plura. Deus omnipotens populo suo ydo/
la colenti promissa non seruauit. Si Florentinorum tyranni hoc
est domus Medicorum ab inicio societatis montem Charoli et
Motronem ex pacto reddiderunt vobis. Si sepe alias et nuper
in bello Genuensium fideles nobis extiterunt. Si vos fraude
sua in bellum periculosissimum falsa auxiliorum suorum spe conie/
ctos non prodiderunt. reddite vicem bonis sociis. et parem fidei
graciam referte sin vos omni fraudum genere circumuentos in
extremas calamitates impellere temptarunt impulissentq in vo
bis auctoritate sua Rex ac pontifex subuenissent. Que vestra est
bonitas. ne dicam stultia proditoribus fidei seruande titulo per/
fidie fomites ministrare. Inimicos vestros subleuare. Amicos
deserere. quid est aliud quam vestram libertatem. vestras opes. ve/

ſtras vxores et liberos prodere. Equidem miror viri Lucenses quemquam eſſe tam rudem qui in priuatis duarum Ciuitatum foederibus earum alteri etiam poſt multas alterius in ſe frandes tenendam iudicet fidem. de communi chriſtianorum fide nullaꝫ curam habeat. An vos obliti eſtis quid agat in terris Pontifex Romanus. Dominus eſt omnium Chriſtianorum. Nullum foe/ dus. Nulla lex nec publica nec priuata contra Romani Pontifi/ cis auctoritatem ſanciri poteſt. Vult Chriſti vicarius legeꝫ ac foe dera valere valent. vult abolere cadunt. iuſte aut iniuſte ſancit ⁊ abolet. nihil ad nos ipſe viderit. Nos quecunqꝫ preceperit niſi pa remus profani ſumus ⁊ anatheme. q̄ꝫq̄ꝫ defendere poſſum. nihil eſſe iniuſtum quod velit pontifex. deus eſt terremus. ſufficit pro ratione ipſius voluntas. Temerarij dementiſqꝫ eſt os in celuꝫ po nere. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus. Corrupti ſunt et abhominabiles facti ſunt. Caiphas in euangelio non q2 ſciret q̄d diceret ſed cum eſſet pontifex illius anni ꝓphetauit. Nimiꝝ Pon tifex errare non poteſt. ſcꝫ operatur in eo ſpiritus ſanctus ⁊ q̄uiſ ne ipſe quidem factorum dictorumqꝫ ſuorum rationem explicare valeat. nihil tamen agit niſi ſanctum. eſt enim vicarius dn̄i cui⁹ iudicia abiſſus multa ⁊ nemo fuit conſiliarius eius. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Balaam Ariolus cum ad maledicendum populo dei aſina veheretur angelo in via reſiſtente humanis verbis contra dominum ſuum aſina diſputa uit. videlicet demonſtrare dominus voluit facilius vniuerſe na/ ture ordinem confundi poſſe q̄ꝫ pontifex. qui per figuram ſub ari olorum perſona ſignificantur vel cupientes quicq̄ꝫ contra dei vo luntatem aut agere poſſint aut loqui Quorſum licet aliquis di/ cet quorſum vt perſpicias quanto in errore volutemini. Lauren/ tius medicus ne dicam an plagiarius pontificali Apoſtolicaqꝫ cenſura. immo vera Celeſti fulmine ictus eſt diabolis attribu// tus. furijs conceſſus cum omnibus ſiue Florentinis ſiue alieni/ ginis quicūqꝫ illius impio furori quolibet modo affuerint. quiqꝫ pro viribus ſuis nephariū Chriſti hoſtem non oppugnarint. Si

Laurētio fraterna caritate ꝛ artissimo sanguinis vinculo essetis omnes coniuncti· tamen diuini iudici fulmina vitantes carita-tem im odium conuertere ꝛ Christi inimico inimicicias ꝛ publice et priuatim indicere atqꝫ exercere deberetis. propter huiusmodi consultationes Jhesus dixit· Non veni in terram mittere pacem sed gladium· propter me surget homo contra patrem suum ꝛ filia contra matrem suam ꝛ nurus contra socruȝ suam ꝛ inimici homi nis proximi eius· Qui diligit patrem suum aut matrem suam plus q̄ꝫ deum non est deo dignus· ꝛ vos pontificis mandatis hoc est nutibus diuinis nephandissimi Tiranni graciam preferetis· Multi religionum spretores ab impiorum societate calamitatum suarum exemplis sanos homines deterrent· Claudius pulcher ꝛ Caius flaminius ille primo hic secundo Romanorum aduersus Cartaginem bello ob contemptas religiones magno suo ꝛ patrie damno superati sunt Marcum crassum contra Romanorum re-ligiones bellum partis inferentem a tribuno plebis furijs deuo-tum primo certamine cum toto exercitu victum amisso pirus fi-lio perijsse·non aliā ob causam q̄ꝫ ꝙ religiones spreuerat proximi inter Romanos ꝛ parthos certaminis fortuna probauit· cum Ca ius Cassius eiusdem crassi questor paucis ac trepidantibus reli-quis de fugiente exercitu collectis parthos toto exercitu fuso ce-so duce ꝛ filio eius feroces superauit·maioremqꝫ quam Crassus acceperat plagā patthis reddidit non enim opibus ꝛ virtute sua Crassum parthi vicerant· nam ita crassium multo facilius vicis-sent. sed Crassum sprete religiones ꝛ deuotio tribunicia libidini hostium permiserunt·Cassio virtus Romana nullo numine con trario victoriam peperit. si contra religionem quāuis falsam ar-ma gerentes victoriam hosti ceteris rebus inferiori tamen reliq̄ runt· cur vos Laurentio sancte vniceqꝫ religionis hosti nefario anatheme excommunicato pontificali execratione deuoto occiso rum ab se ciuium sacerdotum Pontificum vmbris assidue in-festato nulla belli ope rei aut pontifici conferendo· ridicula fidei ostentatione cum periculo nostre libertatis ꝛ omnium bonorum

vestrorum adhereatis· primus iudeorum rex Saul aut propheta Samuele vnctus q̃diu diuine voluntati ꝛ pro hete consilijs ob temperauit vbiq̨ victor hostium·postea q̨ contumaci spiritu di/ uinam iram prouocauit regali vnctione per eundem prophetam ad Dauidem clam translata·q̃q̨ in hostes diuine legis dimica/ ret Saul telis eorum confossus super gladium suum irruens mi/ serabiliter de vita migrauit·cunq̨ illo filij tres ꝛ alij multi hoc so lo nocentes quod saulem non deseruerunt neglecte religionis pe nas acerba morte luerũt·vos Laurẽtio nõ regi sed tyranno non vnius perperam facti contumacia sed perpetuis per totam vitaȝ vsuris proditionibus cedibus rapinis omnium scelerum ꝛ impie tatis genere diuinam iram merito·non clam per vnum quemuis christi seruum sed palam per Romanum pontificem christi vicari um in orbis terrarum conspectu non regali vnctione quaȝ nunq̨ attigit nunq̨ cum omni sua temeritate sperare ausus est sed om/ ni humanitatis vsu ꝛ consuetudine depulso non cõtra diuine le gis hostes sed contra vicarium xp̃i contra celum arma ferenti nos inq̨ tanto monstro societatem quam nunq̨ iniuistis serua/ re pergentes breui ꝛ illi et amicis illius debitas ferre calamitates expectatis·at qui vetusta sunt exempla hec ꝛ a nostris tẽporibus longe remota· quid Pisanos vicinos vestros etate patrum no/ strorum quid nostra Sigismundum malatestam eximium inter Italicos principes cum multis eius fautoribus nisi diuina ira et pontificalis deuotio ad exitum miserabilem perduxit·Vera sunt ista viri Lucenses·ꝛ que animuȝ q̨tumuis sopitum excitare que ant·illa multo veriora que restant vos cum Florentinis so// cietatem iunxistis cum libera adhuc esset illa ciuitas cum pactij Nerones Aciarioli Sodorini suis sententijs ꝛ auctoritate sua Flo rentinorum rei publice gubernarent. nunc ille familie sceleribus Laurentij partim cedibus delete partim in exilium deturbare ex iure federis antiqui auxilium vestrum implorant·Quid est a ra tione remotius q̨ eos cum quibus societatem sanxeris eiusdem societatis causa ad excidium prosequi et tyranno contra illorum

salutem libertatemq3 inani fidelitatis titulo fauere. nihil est in rerum natura magis contrarium q̄3 libertas tyranno et vos tyranno fidem seruare pergetis q̄3 cum libera ciuitate pepigistis Romani quorum exempla preter eorum sapientiam libenter vsurpo legionem suam que Regium sociam ciuitatem per tyrannidez occupauerat armis victam securi percusserunt. non enim locorum sed personarum rationem in societatibus considerabant. si Thurce aut Mauri Florentiam occuparent non propter possessionem loci teneretis illorum societatem non arbitror quia socios vestros bonos ciues Florentine libertatis Amatores eiecissent aut occidissent quid igitur. non est Laurentius eiusmodi Mauris ac Thurcis eo peior quo scelestius est patrie sue tyrannum fieri q̄3 aliene. si posset Florentinorum res publica loqui et cum reliquos socios. Tum vos precipue ad sue libertatis couseruationem ex federe societatis vocare. certe cogeremini. aut perfidiam fateri aut rationem aliquam allegare aut sociorum libertati succurrere nunc res publica loqui non potest vocem enim suam perdidit cum hij qui pro ea loqui solebant aut nefarijs cedibus sublati sunt aut in exilium detrusi at Pontifex Romanus ꝛ Rex siculus iusticie patroni et oppressorum subleuatores pro Florentinorum postq̄3 omnium etruscorum et pro vestra libertate vos monent. et quid vobis agendum sit verbo atq3 exemplo demonstrat Quid expectatis. Quid cunctamini. An vt serui Remigio adiecti quemcunq3 nauis dominum perferunt. ita vos cuicunq3 tiranno parebitis vana fidei specie decepti ꝛ non vt socij nauales cum alio rectore aliam putabitis rationem seruandam. nihil mihi arrogo ꝛ vos q̄3 ego sum multo doctiores existimo. tamen memorandi non docendi gracia dicam. Non legistis apud Marcum Tullium in multis eius libris. non apud diuinum Platonem. non apud. S. Thomam aquinatem. non apud sanceum Augustinum. non in historijs biblie. non in alijs sapientum ꝛ sanctorum libris adeo abhominabiles esse tirannos. vt quicunq3 illis adhereat coram deo ꝛ hominibus scelestus ꝛ impius habeatur. ꝛ neq3 solum

tyrannos occidere liceat verum etiam si aliter tyrannorum vim effugere nequeamus. nosmetipsos necare oportet. si more barbaro Florentinorum malis insultare potius quam vestris bonis consulere vobis libet. seruate cum Florentinorum tyranno sub inani federis vmbra conditiones quas cum libera illorum ciuitate percussistis. Sin vestre libertatis conseruationem et vestri status augmentum et odio et ceteris rebus sicuti bonos et sapientes viros decet anteponere statuistis. Expergiscimini aliquando et aduersus communem etrusce libertatis hostem consurgite. Multi credunt imperii causa etiam ius violandum esse vos pro Imperio vestro sanctum ius hoc est Tyrannidis odium ac depulsionem Pontifice Romano et Rege Siculo duobus maximis principibus christianorum adhortantibus vtrum adiuuetis cunctamini Satis manifestum opinor viri Lucenses nullo fidei vinculo ciuitatem vestram Florentinis minime aut Laurentiane tyrannidis iugum perferentibus obligatam esse. Age modo consideremus quam prudenter quamque vestra re publica in societate tyranni persistatis. Equidem hoc a prudentibus probatum video atque obseruatum vt in omni consultatione et honestatis ratio dicatur et vtilitatis. duabus hiis rebus omnia commoda omnes bonas hominum fortunas constare. honestas certe ab isto vestro consilio longe distat. quid enim magis inhonestum turpe infamie abbominabile quam excommunicatos anathemas profanos complecti et sustinere. ecclesiam dei perditissimorum hominum gracia ledere et a quibus plurima damna pertuleris eos in periculis iuuare amicos negligere inimicos adesse alienos miserari se ac suos contemnere. Quid porro quam potestis ex Florentinorum societate presertim quamdiu Medicorum Tyrannide vexabuntur sperare vtilitatem qui quotiens per fortunam licuit vestram libertatem occupare vos in seruitutem deprimere totis viribus conati sunt. qui si vnquam spiritum collegerint si ex hostium faucibus vllo modo poterunt elabi non cessabunt insidias vobis tendere. Bellum indicere. exercitum ad mu-

vos agere·fame ac ferro libertatem ⁊ vitas vestras petere· An vo
bis excidit preteriti temporis memoria·cum villas vestras Flo/
rentini medicis auctoribus vastabant castella occupabant·vrbē
oppugnabant . populum vestrum ad vite desperationem fame
compellebant· dum tempus est vires eorum confringite ne simi/
lia in vos amplius vnq̄ꝫ temptare possint.non habebitis semper
Nicolaum paruulum qui vos a Florentini hostis crudelissimi se
uicia bis liberauit Cui miror a vobis imagines publice locatas·
honores haberi proprie diuinos. quia libertatem vestram a Flo/
rentinorum seruitute vendicauit· Florentinis autem ipsis medi/
corum stimulante familia vestrorum malorum seminarijs fidem
vllam prestari aut vllam omnino rem credi Senes vestros audi/
ui predicantes eiusdem Nicolai paruuli consilium quod ille cum
vrbem vestram a Florentinorum obsidione liberasset maioribus
vestris dedit. Libertatem vestram eousqꝫ duraturam dum vos
omni prorsus Florentinorum consuetudine abstineretis·Cerne/
bat dux ille bellorum peritissimus vestri amantissimus Florenti
norum artium doctissimus tantā esse in Florentinis maximeqꝫ
in Medicis astutiam maliciam prodendi calliditatem·subornan
di pollicendi largiendi vsum·vt nullo modo vos ab illorum frau
dibus cauti esse possetis si cum vestris hominibus liberam com/
mercij facultatem haberent. Florentini vrbem vestram nullis ma
chinis expugnabilem ab aliquo semper amico belli auxiliū in Flo
rentinos reperturam Florentinorum medicis vigentibus iniqui/
tates ⁊ perfidias fugiendo tantum a vobis vitari. magnum de/
beret pondus illius ducis auctoritas apud nos habere·quecunqꝫ
res euenissent·maius autem eo ꝙ experientis rerum illius dicta
probantur· neqꝫ enim deterruit Florentinorum tirannum tercio
ab hinc anno vilum iusiurandum aut vlla fidei religio.quomi/
nus pacis ac societatis tempore tota italia quiescente cum nemo
quicq̄ꝫ hostile in etruria suspicaretur per Galeatium Sfortiam
vos prodere ⁊ libertatem vestram mercari niteretur·quoquidem
tempore ego anxius veluti pro mea patria ex vrbe Bononia per

immensas niues ⁊ ingentia frigera apenino superato periculum vobis vestrum nunciaui· non erubuit haud multos post menses vos in bellum Genuensium suis pollicitis ⁊ proditionibus frau/de atqꝫ astu impulsos deserere meminerat verbum aui sui Cosme medici ꝙ ille predicare solebat a Florentinis Lucenses bello non esse petendos ne Florentinorum viribus fractos alius occuparet ceterum si ab alio quouis bellum Lucensibus inferretur facillime Florentinos suo ipsius ingenio·sic enim scelera ⁊ proditiones ap pellabat Luca vrbe potituros· Sexcenta sunt alia testimonia de Florentinorum maximeqꝫ de familie medicoruꝫ in Lucenses per fidia que nisi vos manifeste sciretis nunꝙ istas nocturnas diur nasqꝫ vigilias tanto labore vestro tantaqꝫ impensa per tot annos vrbi custodiende seruaretis quid sibi volunt nocturni per vrbem ciuium discursus.quid murorum lustratio continua·quid porta/rum custodes.quid alia prope infinita que ne obsesse quidem ci/uitates castris hostium circumsepte tam diligenter omnia pera/gunt·quid timetis·quid suspicamini·certe preter Florentinos ne minem·o sanctam Florentini tiranni societatem qua durante ma iori vobis est opus custodia quam si potentissimus hostis vrbeꝫ vestram victorie exercitu circum sedente omnibus belli malis pre meret·Probantur vobis ista·v·L· Sed vno tamen adhuc nodo vester animus distringitur scꝫ veremini ne bello superiores Flo/rentini victorem exercitum in vos conuertant si cum rege ac pon tifice contra ipsorum tiraunum belli consilia iungatis·quasi vero Florentini non semper precipue tamen ex quo familia medicoruꝫ potens facta est in vos machinati sint quecunqꝫ potuerunt eniti mini modo ne per fortunam liceat eis offendere vos·nam per vo luntatem vobis neqꝫ ignouerunt vnꝙ neqꝫ ignoscent· quanꝙ veretor ne iam vobis adulari videar·cum quod Rex ⁊ Pontifex etiam sine vobis licet non tam facile· tamen quoquo modo effe/cturi sunt·ad illud ego vos horrer veluti si absqꝫ nostra opera nul lo modo duo christianorum summi principes iusistima vota sua complecturi videantur·non ea solummodo causa moti ad vos mi

ſerunt verum illa quoqꝫ ꝙ potentiam eorum maximam clemen/
tia et bonitas non minor comitatur propter eccleſiaſticam etru/
ſcanqꝫ libertatem arma ſumpſerunt vnicuiqꝫ populo iura ſua red
dituri· vel cum magna ſtrage piam voluntatem ſuam perficient
tamen eo maiorem ex ſuis benefactis voluptatem percepturi ſunt
quo minore etruſcorum in commodo etrurie ſtatum compoſue/
rint ob hoc igitur veſtram ſocietatem petunt vt nullo malo vio li
bertatem ſeruent veſtram amiſſa reſtituant vobis fines veſtros
extendant vident enim vos Florentinis cõiunctos prius magna
damna ex bello perpeſſuros q̃ꝫ vllius commodi aut ſe percipiẽdi
tempus adueniat· nam in bellorum feruore non diſcuſſis plane
ſingulorum cauſis quod vincendi ratio ſuadet non ꝙ quiſqꝫ me/
reatur ſepe conſiderari ſolet·nihil inq̃ꝫ aliud duo terrena chriſti/
anorum numina aut vobis querunt niſi vt vos ſine vllo bello de
trimento victorie fructum ſecum percipiatis.tanti nãqꝫ belli mo
lem ſi ſpe veſtrorum auxiliorum ſuſceptam creditis nimium falli
mini·v·L· ⁊ regis ac pontificis ſapientiam non ſatis notam ha/
betis·multa illi pertulerunt ne bellum in Italia viderent omnia
quibus Laurentij medici tiranni cuꝫ furorem moderatum iri ve
riſimile erat prius fruſtra experti immedicabile vulnus ne pars
ſincera traheretur enſe recidere aggreſſi ſunt cum iam plane belli
euentum ⁊ Martem alias fere communem ſecum perſpexerunt eſ
ſe prius non ſpe lucroꝝ que ſemper contempſerunt non vindicta
iniuriarum non cupiditate glorie non vlla prorſus cauſa aut rati
one de pacis complexu diuelli potuerunt ⁊ quiqꝫ animis ac viri·
bus non modo Laurentio nuper aut mercatura ad tyrannidem
ludibrio fortune elato·ſed ne vniuerſis quidem terrarum poteſta
tibus eſſent inferiores·tamen non ante ſuſceperunt bellum q̃ꝫ iu
ſtiſſimis ac neceſſarijs ſociorum ⁊ amicorum querelis prouocati
ſunt ⁊ cetera inuictorie ſpe vitati cum ſuis ⁊ hoſtium viribus exa
minatis quem finem res eſſet hubitura longe tanq̃ꝫ e ſpecula pro
ſpexerunt·qui ſi quid eſſet de victoria· dubitandum profecto ſuo
ingenio ⁊ ea qua omnes vincunt ⁊ preteritos et preſentes rerum

prudentia prouidissent ·dubij nunq̄ se in bellum in certi exitus misissent ⁊ qui olim iuniores nihil unq̄ nisi grauissimo consilio adorti sunt iam grandiores haud quaq̄ inconsiderate quicquam temptassent minime notari licet in rege temeritatem multo minus in pontifice cuius etas uitaq̄ omnis professio dignitas sapientiam undiq̄ protendunt· Primum igitur duo christianorum lumina ad bellandum traxit ut ante dixi iusticia pro sociorum et amicorum incolumitate ac pro ecclesiastica edruscorūq̄ libertate tum sapientia qua clare docentur nulla re hostem ipsis esse comparandum· Ponite uobis ante oculos Florentini tyranni uires non equis habundat·non uiris·non armis·non commeatu. Non socios habet nisi infelices · ac iam fere de omni bona fortuna desperantes·non ciuilem concordiam·non pecuniam quam uiri rerum bellicarum peritissimi bellorum neruos appellant· non duces quorum sepe uirtus contra omnium opinionem bellorum fortunam commutauit· non deniq̄ ullam rem ad resistendum aptam·nedum ad uincendum idoneam·Et contra Rex ⁊ Pontifex tantam uim habent equorum· quantum omnes Florentinorum opes ad alendum paucis diebus non sufficiunt· tantum commeatus quantum omnis Italia multis annis absumere nequeat· Tantum porro uirorum ut nullus commeatus non paucos existimes ⁊ cuiusmodi uirorum nempe principum Italie quorum nobilitatem subiectarum urbium nomina rerum gestarum famam ne audire quidem sine tremore Florentinorum tirannus ualeat· Armorum uero eam copiam q̄ si exercitum spectes nulla in Regis ⁊ Pontificis urbibus relicta dicas si apothecas deinde urbium intueare nulla a militibus ablata credas.Cōcordia inter eos que inter patrem sapientissimum ac filium summa pietate preditum debet esse· Jam pecunie numerum muli quottidie per agros et oppida Senensium auro atq̄ argento percusso onerati satis declarant uel potius innumerabilem esse significant·Socios omnes habent qui aliq̄d uiriū tenent preter eos quos ꝑtim uincere

partim ad meliorem sensum conuertere et volunt et possunt· Ita/
qꝫ societatem vestram querunt quoniam non vincere sed potius
beneficijs explere atqꝫ augere malunt si modo vos velitis· nam
inuitis beneficia non satis commode conferuntur· Nolite vetera
quedam exempla in istam deliberationem adducere gesserunt
alij Reges cum Florentinis bellum haud magno Florentinorum
damno· Que nam hec est similitudo viri Lucenses· Num simul
cum regibus etiam summi pontifices bellabant· in Florentinos
minime quid ꝙ illis bellis Florentini erant inanies· nunc diui/
sum in se regnum tenent quod cito desoletur oportet· tunc per or
bem terrarum longe lateqꝫ mercatores eorum collectam pecuni/
am patrie subsidio ministrabant· nunc mensis illorum Neapoli
⁊ Rome euersus per omnes gentes fidem perdiderunt. tunc ob
iustam vel saltem ob simulatam cum iusticia administrationem
magna apud socios ⁊ subditos fide colebantur· nunc propter cru
delem atqꝫ auaram tyrannidam omnes rerum nouarum cupi/
dos reddiderunt· nemo Regum cum Florentinis bellauit Senen
sibus amicis· At ecclesia Romana qnondam rebelles fauore Se/
nensium tributum pendere coegit. Et postea Johannes Galea
tius Vicecomes primus Mediolanensium Dux· Senensium iu/
ribus et locorum oportunitate adiutus a nō ad hinc circiter octu
agesimo eo difficultatum compulit Florentinos vt castris circuꝫ
Urbem positis obsessi desperantes Cetera missis etiam legatis
qui deditionem facerent solam illius ducis mortem intuerentur
ac ve nemo maturarent· quia nullus aut filijs aut heredibus ti/
mor ingruebat· Regem nostrum et melior causa et maior sapien/
tia· aut venenis ceterisqꝫ malis tuetur· Tum robusta et nume/
rosa filiorum iamqꝫ etiam nepotum soboles protegit· hostibusqꝫ
non tam de morte Regis sperandum qꝫ pro salute orandū. ne fi
lij etate et natura vehementiores ac noua ingentiqꝫ iniuria com
moti contra Florentinos seuius irruant· Sed iam reuertamur
ad belli rationem· Iidem Senenses ad comprimendam Florenti
norum superbiam nati quibus annitentibus semper victi suut.

Florentini bellum diu flagitatum grauiter constanterq; gerunt
pro Florentinis periclitabatur aliorum Regum bellis Plumbini.
dominis. idem sub nostro Rege filij locum tenet. Genuenses no
stri Regis & Pontificis beneficio de acerbissima Cichi seruitute
liberati totis animis fauent. alios Reges nedum odio sed arma
tis quoq; classibus insectabantur. Romana ecclesia alios Reges
Florentinorum hostes aut aperto bello vexauit. aut quieta impro-
bauit. cum nostro Rege iisdem castris pugnat. Immo vero Re-
gem ecclesia veluti pium ac fidelem obsequentemq; filium ad bel
lum exciuit gerendum pro libertate ecclesiastica ad impiam sacer
dotum ac pontificum cedem vlciscendam. ad etruriam protegen
dam. ad coercendam vnius tiranni rabiem quo dominante nun
quã quieta fuit. sed nec illo incolumi unq̃ erit ecclesia. quid vo
bis ego Romanam nobilitatem pro sua ecclesia bellantem vrsinos
columnas comites sabellos referam. quid vmbrorum decus tifer
nates iustinos. quid perusinum robur. quid camertium principẽ
quid martis alumnum pinum ordolafium forliuij dominum.
quid vero federicum vrbinatum ducem totius pontificalis & re-
gie militie principe etatis nostre Fabium qui nunquam victus
est. nunquam dubia victoria hostem reliquit. semper vicit.
omni bellica & ciuili laude omnem antiquitatem aut equauit aut
superauit. de quo silere fuerit satius q̃ pauca loqui. qui solus eti
am inermis virtute sua de Florentinis victoriam reportare va-
let. Deficio sub pondere viri Lucenses. & Alfonsum regis primo-
genitum patris ac pontificia vicarium. magno preter antedictos
exercitu summa virtute summa industria bellum administrantẽ
quibus verbis digne commemorem non reperio. Jam ex Etru-
ria in Ligures flectamus animum. fere in portis vestris alius est
Regis Pontificisq; exercitus quem vos exercitum tota animi et
oculorum acie lustrare debetis viri Lucenses. Hinc sunt nobi-
lissime potentissimeq; Domus Flisce Principes popularesq;.
Hinc Julius Aquaniua. Vrsinus prudentia & rebus gestis clar⁹.
Hinc virtutum princeps semper infictus. semper interritus semp

fidelis. parua manu res maximas perficere solitus. Robertus se/
uerinas pristinis victorijs conspicuus recenti vero etiam admi/
randus. Militant hij omnes integra fide contra Florentinorum
tyrannum. quorum minima pars horribilior est illi q̄ȝ olim fuit
auo eius Cosme et Florentinis omnibus Alfonsus Rex filio suo
Regi nostro. neqȝ ducum militie virtute ⁊ numero. neqȝ filiorum
copia. neqȝ etatis integritate. neqȝ pecunie vi. neqȝ amiciciarum
fide ac multitudine conferendus. Et tamen idem Rex Alfonsus
nollo Italorum fautore eludentibus Senensibus exiguis copi/
is maxima damna Florentinis intulit captis illorūȝ oppidis que
nunq̄ȝ omnia receperunt. Cum liceret Gallici belli temporibus
occupato malis intestinis Rege Igilium et Castilionum veluti
in magno corpore vngium excrementa Rege vix sentiente ac pe/
ne inscio recuperare. Sed Cosma Medicis nepote suo multa pru
dentior ac sagacior. quia suum ⁊ Florentinorum statum videbat
amica ecclesia Romana ⁊ Siculorum Rege fore sempiternum eis
dem inimicis cito perituris. neglecta veteri Gallorum cum Flo/
rentinis amicicia concessione Castilioni ⁊ Igilij addito insuper
quantum potuit fauore Regis ⁊ ecclesie amicitiam sibi et patrie
comparauit. quam nepos eius si conseruare voluisset facile autēȝ
poterat nisi se totum furori permisisset hodie quietus pulcherri/
mum locum in patria felici teneret. in qua turbulentissima per
stulticiam suam cum vite periculo fluctuat In tanta nanqȝ mo/
rum ⁊ voluntatum dissimilitudine perpetuo durare amicicia nō
potuit Rex ac Pontifex omnium Christianorum quietem foue//
bant toto animo in Thurcas conuersi. At improbos iste libere
semper ante se patrie Tyrannus aut amico suo Regis Pupillo
Plumbinum furari temptabat. aut Senenses Regis ⁊ Pontifi/
cis amicos per Carolum montonem bello petebat. autem vos fi/
ducia societatis incautos aut simillimo sui emere studebat. aut
Tifernum ab ecclesie iure deducere conabatur. aut in oppidum
montonem ab ecclesia obsessum contra pontificis sanctitatēȝ sub
sidia mittebat. Aut cisternam oppidum ecclesie nocturno tempo

re scalis occupare nitebatur. Aut perusinos contra ipsorum ⁊ ec/
clesie quietem ad ciuilem sanguinem ita exacuebat q̄ nonnullis
iam obtruncatis vix seditiones tollere pontifex valuit Aut man/
fredos fratres ad emulationem principatus contra primogenitū
Fauentie dominum erigebat. Interea summos Italie principes
aut ore nefando lacescere aut Venenis appetere non disinebat.
Iis omnibus ⁊ alijs plerisq̄ quorum magnam partem pre pudo
re magnam pre indignatione taceo. Rege ac Pontifice in se ac/
censis diuinam quoq̄ iram concitauit propter quam perire illi
necesse est perditam causam fouenti etiam si vinceret opibus qui
bus longe superatur. Vos igitur viri Lucenses Regis ac Ponti
ficis auctoritatem potentiam sapientiam fortunam considerate.
Laurencij debilitatem leuitatem imprudentiam stulticiam cala/
mitates cognoscite q̄ iuste arma vtrinq̄ sint capta examinate.
Tum in vestram consultationem non vtrum hanc an illam cau/
sam foueatis adducite. Verum vtrum cum hoste publico ecclesie
Romane etrusce libertatis Italice quietis ruere. An cum pontifi
ce ⁊ Rege triumphare malitis eligere.

¶ Finis.

